





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



21.  
23

IN NVPTIAS  
VIRI PIETAE

TE, FIDE, ET INDVSTRIA  
ornati Dn: VV OLF G A N G I  
I S E N T R A V T I, cuius Halensis:  
Musicae in aede Beatæ Virginis,  
Organicæ præfecti ite-  
rum Sponsi.

E T

H O N E S T A E

TIS, PVDICITIAEQ; NO-  
mine commendatissimæ Virginis C A-  
T H A R I N Æ, Dn: Valentini Osval-  
di, viri virtute, sapientia, & autoritate  
gravis, atq; de repub. Halensi, cuius  
præcipuus Senator est, iam an-  
nos XL. benè meren-  
tis, Filia:



CELEBRATAS

D. V. KL. M. IIXbr.  
A clo. Id. XIvC.







Pind:

ὅσα δ' ἐμὴ πεφίλκε Ζεὺς, ἀτύχοντα βοῶν Πιερίδων  
*Pieridum temnunt vocem, quos Iupiter odit.*

**S**ic ubi quis tumidis excussus fluminis vndis,  
Inscius in refluxas præcipitatur aquas,  
Fluctibus immerfus rapido sub gurgite ruptis,  
In cæcis iactat brachia lassa vadis,  
Ter caput obruitur pressum; ter fertur in altum;  
Nilq̄ nisi gelidæ mortis imago subest,  
Vix primùm summo conspectus vertice, cœlum  
Et lympham, inuito quam bibit ore, videt;  
Hinc iterum apparens, multos consistere ripæ,  
Et periturum humili plangere voce, videt;  
Emergens leuiter, mediꝝ propè adesse profunda  
Mox sibi abyssu aliquem vorticis, inde videt,  
Sic sed adesse videt, missus supera arce repentē,  
Vt celer extensam porrigat ille manum.  
Iamq̄ viam, iam iamq̄ viam lethalibus vndis  
Præbuerant misera fata maligna nece,  
Non mora, dextra trahit cupidè porrecta secutum,  
Sistit & optato (res inopina) loco.  
**O** Dextram Dulcem, qua non augustior ulla:  
Opportuna venit non nisi, quando venit,  
Hic limo eluctans, & hiante voragine cœni,  
In laudes soluit pectora grata D E I.  
**T**otius & vitæ, seruatæ, tempore vitæ  
Is memor, hanc operis destinat vsq̄ sacris



Non secus Isentraute malis iactatus acerbis,  
Puppe subis ponti littora tuta vagi.  
Signa quater Phœbus nondum duodena peregit,  
Margaris ut celsit iuncta marita tibi,  
Dotibus ingenij, quam corporis aucta decore,  
Commisæq; sibi fida columna domus.  
Hanc, animo summum lacrymis testante dolorem,  
Eripuit thalamo fors inimica tuo,  
Sic, ut & ipse etiam commune subire periculum  
Posses, atq; anima deficiente mori,  
Ni clemens dextra Deus omnipotente retractum  
Funereis mersum te reuocasset aquis.  
O Dextram Dulcem, qua non augustior vlla:  
Opportuna venit non nisi, quando venit.  
Nunc coeli pelagiq; minas perpessus atrox,  
Te lætus sacras, & tua cuncta, Deo,  
Nauita vota Deo sic soluens seria gaudet  
Littore, cum tacta naufragus exit humo.  
Ergò amissa bono pensantur foenore dona,  
Dum Catharina tibi iuncta marita datur,  
Dotibus ingenij, quam corporis aucta decore,  
Ceui prior: atq; tuæ firma columna domus.  
Suscipe nunc animo sponsam gaudente petitam,  
Restituit thalamum qua Deus ipse tuum.  
Omnia sunt veluti socio communia lecto,  
Sic vnà duo sunt corda ligata fide,  
Quæ stabilis duret, Zephyri seu vere tepentes  
Demulcent segetes, seu grauis instat hyems.

Articu-



Articulisq̄ sonos sponsa haud ignara figurat  
Mobilibus, poterat quos numerare prior.  
Sponse, latens tibi fortè toro has benè caussa reuin-  
Quarum est mens studijs non aliena tuis, (xit,  
Qui doctis auidas mulces concentibus aures,  
Dum parent digitis organa pulsa tuis.  
Nempe ea vis studijs iurato foedere iunctis :  
Pectora nempe magis consociata tenent.  
Vel magis harmonici vis est ea maxima cantus,  
Extra se positos ut rapiendo trahat.  
Thrèicius vates hinc syluas saxaq̄ fertur  
Mouisse, & sæuas perdomuisse feras.  
Delphinumq̄ tenet sic Methymnæus Arion :  
Sic quoq̄ Dirçæi facta notanda senis.  
Isaides vero cithara satanam fugat : illud  
Anne docet, quòd res Musica grata Deo :  
Ergò quis dubitet felix hoc omne futurum,  
Quod firmat pietas, inq̄ Deo vnus amor.  
Sponse secundus amor tuus hic, quem ritè secundet  
Hic, à quo solo cuncta secunda fluunt :  
Ille secundus ut est, sit sic vt & ille secundus  
Verè, & foecundus pignora sancta ferat. (bis :  
Sic VVolfgangus eris, sic nomen & omen habe-  
Sic pulcrè & votis omnia coepta cadent.



# IN TRES ARTIS

MUSICÆ FINES, QUI

sunt ἡδονή, παιδεία, & κάθαρσις Arist.

Polit. I IX.

**M**usica delectat : studium accenditque ad hone-  
Cordis & affectus comprimit illa feros. (stum?)

# IN LAUDEM

MUSICÆ.

**B**arbarus est, durasque gerit sub pectore cautes,  
Corda nihil cuius plectra sonora mouent

Sed quia tam grata est humani Musica cantus

Hei mihi quam cœli Musica dulcis erit?

**IMPERFECTA** placet, magis at **PERFE-**

**CTA** placebit,

Angelicus sacro quam dabit ore chorus.

M. Christophorus Cæsar,  
Scholæ Halensis Rector.

Cic.



Cic. in Tusc. quæst. lib. 1.

**S**ummam eruditionem Græci sitam censebant in  
neruorum, vocumq̄ cantibus. Igitur & Epaminon-  
das, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè  
cecinisse dicitur: Themistoclesq̄ aliquot antè annis,  
cum in epulis recusasset lyram, habitus est indo-  
ctior. Ergò in Græcia Musici floruerunt, disce-  
bantq̄ id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus  
doctrina putabatur.

Macrobius, 2. lib. in somn. scrip.  
cap. 36

**O**mnis habitus animæ cantibus gubernatur.  
Dat somnos, adimitq̄: nec non curas & immittit,  
& retrahit: iram suggerit, clementiam suadet, &c.

Alexander ab Alexandro lib. 2. Genialium  
Dierum cap. 25.

**D**iscebant fidibus antiqui apud Magistros & ar-  
tifices. Nam Decius Sylla optime cantasse dicitur.  
Et Cato Censorius simpliciter cantare, non seruile  
duxit opus. In tantumq̄ honoris culmen apud vete-  
res Musica processit, vt illam sacris & publicis cere-  
monijs adhiberent, cum in Deorum puluinaribus,  
& epulis Magistratum fides præcinerent. Et apud  
Græcos ijdem Musici vates & sapientes erant, &c.

I S L E B I I

In Officina Typographica Urbani Gus-  
bisij excudebatur.







Nov 1996

8

ULB Halle 3  
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M











23

IN NVPTIAS  
VIRI PIETA=  
TE, FIDE, ET INDVSTRIA  
ornati Dn: VV OLF GANGI  
ISENTRAVTI, cuius Halensis:  
Musicae in aede Beatæ Virginis,  
Organicæ præfecti ite-  
rum Sponsi.

ET  
HONESTA=  
TIS, PVDICITIAEQ; NO-  
mine commendatissimæ Virginis CA-  
THARINÆ, Dn: Valentini Osval-  
di, viri virtute, sapientia, & autoritate  
gravis, atq; de repub. Halensi, cuius  
præcipuus Senator est, iam an-  
nos XL. benè meren-  
tis, Filia:

CELEBRATAS

D. V. KL. M. IIXbr.  
A clō. Is. XIVC.

